

Observatio Eclipseos Lunæ totalis cum
Occultationibus quarundam Fixarum,
habita à Job. Hevelio Anno 1675.
die², 11 Januarii St. n. Vesp.

Vid. Fig. 2.

Quo rariis nobis Eclipses Lunares totales cum morâ bī Gedani hacēnus in conspectum venerunt, èò exactius banc observare ab omni parte collaboravimus; præprimis cùm cælum admodum sudum extiterit, ut omnia quæcunq; volueram, non solum initium Eclipseos, cum immersione, emersione, & ipso fine, sed etiam plurimas phases, cum aliis quibusdam rarissimis phenomenis, occultationes videlicet nonnullarum Fixarum, & quidem ipso tempore maxime obscurationes, ex voto deprebendere & annotare licuerit. Quæ cùm raro admodum simul eventuant, atq; ad restaurandum motum Lunarem, Calculumq; Eclipſium plurimum faciant, hanc ingratum fore putem, tam Illustrissime Regie Noſtre Societati, quam reliquis Atrosophis omnibus, Res Astronomicas attentiōri animo excollentibus, si hujus Eclipseos observationem, cum omnibus phasibus, diligenter & exquisitè determinatis, nunc quoq; exhibeam. Videbitis ex ipsa observatione & Delinēatione (abſit jaſtantia) me ad omnia, quæ circa Eclipses alias notari. meritò debent, satis scrupulosè attendisse; præsertim verò vigilantes oculos per totam Eclipseos duratiōnem tubo viginti pedum, aliisq; præstantioribus, ad quatuor illas fixas (neglectis ceteris minoribus, quas optimè etiam conficiebam) inter quas Luna eo tempore versabatur, direxi. Ab a Stellula vix 4 Minutis limbo suo inferiori in d distabat; tres verò reliquias, utpote b, c & d, Luna corpore suo omnino texit; prout ex delinēatione & Observatione liquidum est. Ex omnibus autem his quatuor insignioribus stellulis, non nisi unica c ab Astronomis hacēnus observata, Globisq; adscripta eit; nominatur informium inter II & Supremā à tergo Pollucis; cuius cursus cum ingressu, viā itinerariā, atq; egressu in primis, dī nec pariter reliquarum fixarum loca ritè designata habens, probe notandus. Quippe ex hujus generis observationibus, quando videlicet loca stellarum correc̄tio restituta sunt, multò proclivius datur motum Lunæ redintegrare, ejusq; Nodos Latitudinemq; restituare, quam, meo quali quali judicio, ex nudis solis Eclipsibus. Lunæ enim motus, tum Eclipses secundū Tabulas universas, (ut omnes Astronomi plus quam abundē habent expertum,) sēpius à veritate & ipso cælo satis eviderter deficiunt; quemadmodum etiam in hāc Eclipsi totali, aliisq; plurimis contigit. Etiam ipse calculus Kepleri in universum hanc parum, ut max clarissim percipietur, ab Observatione hujus Eclipseos aberravit. Non solum Initium ad 12' 28", atq; immersio totalis 8' 40" citius ingruerunt, sed Emerſio quoq; 31° 6",



6^o, & Finis 20' 42" citius inciderunt; adeò ut totalis obscuratio non nisi Hor. 1 29' 46', tum tota Eclipsis, ab initio ad finem usq; tantum Hor. 3 38' 10" duraverit; cum tamen illa 22' 26", hac verò 6 14" longius, iuxta nempe calculum Rudolphinum, durare debuisse. Siquidem calculus hicce exhibet hic Gedani

h.

| | | | | | | |
|---------------------|----|-----|-----|----------|----|-----|
| Initium Eclips. | 6 | 54' | 18" | Latitud. | 1' | 10" |
| Immersionem totalem | 7 | 51 | 24 | | | |
| Emersionem ex umbra | 9 | 43 | 36 | | | |
| Finem | 10 | 40 | 42 | Latitud. | 12 | 55 |
| Totam meram | 1 | 52 | 12 | | | |

Totam durationem 3 46 24. Ex quibus evidentissime liquet, calculum ab omni parte satis adbuc à Veritatis norma discedere. Habeimus itaq; que in posterum agamus, quæq; in Astronomia restituamus. Sed ut ad Stellas illas Fixas redeamus: Stellula b ad Montem Eoum circiter teča est, & d ad ipsum limbum Lunæ inferiorem; illa per Sinum Sirbonis, I. Rhodum, & S. Atheniensem; hac verò per desertum Mingui transiit; uti ex viā itineraria utriusq; stellæ patet. At stella c, Suprema scilicet à tergo Pollicis, ad Lacum Meridionalem Lunam subiit, & rursus sub Monte Neviso exiit. Ingressus horâ 8. 35'. 20", in maximâ fere obscurazione contigit; egressus verò horâ 9. 9'. 10", antequam adbuc Luna lumen recuperabat; sic ut per 33' 50" temporis dictâ stella sub Lunâ diluerit, ejusq; linea itineraria ad 3' 20" à limbo Lunæ inferiori centrum versus incesserit. Cum tamen, (quod maximè notandum,) neq; ratione Longitudinis Lunæ, vel stellæ, neq; Latitudinis, secundum scilicet Calculum Rudolphinum, locumq; stellæ à Keplero vel Ricciolo determinatum, eam ipsam stellam Lunæ occultare potuerit: sicut ex calculo, si eum debitè inieris, luculententer deprehendes. Idcirco necessarium est, aut in loco Fixæ, aut in motu Lunæ, ejusq; Nodis ac Latitudine errorem latere. Verum Fixæ, credas velim (cum ejus locam, ut & reliquarum trium, jam rectè restitutum habeam, prout suo loco patebit) in tantum non deviat ut hocce phenomenonon omnimodè salvari possit. Quamobrem alia causa huic rei subest, atq; in Lunâ sine omni dubio, iste defecitus calculi querendus, quod hacce occultatio, tum exhibita Eclipsi, aliæq; plurimæ, ab omni parte penitus salventur, calculusq; ad rectum tramitem deducatur. Quod ut suo tempore Astrorum Scrutatoribus felicissimè succedat, atq; divina Sideralis nostra Scientia à mendis omnimodo tandem depurgetur, faxit Deus Optimus Maximus.

Eclipsis Lunæ totalis, cum Occultationibus quarundam Fixarum, observata GEDANI Anno 1675, die 2, 11. Januarii st.n. vesp. à Joh. Hevelio.

| Temp. secund. horæ. Oscillat. ex altitudini sum. bus Correc. | Ordo Altitudines Fixarum. Nec non animadversiones quædam no- tatu digne. | Per quæ Maculas transiverint Umbre Sectiones. |
|---|---|---|
| H. 6 22 18 6 25 4 | Altitudo Cænde Cygni 39° 3' 0" Eadem Altitudo 38 41 0 | Phases Crescentes. |
| 6 35 0 6 41 50 | Penumbram Luna subiit Initium Eclipseos | Incepit circa 50°. à puncio Nud. or- tum versus. |
| 6 43 45 6 44 55 | 1. Paludem Mareotidem attigit 2. Palus Mareotis omnino obscur. | Tempore initii, Sinus Sagaricus, Ins. Besbica & Ins. Melos in linea recta exciterunt. |
| 6 49 0 6 52 30 6 57 35 | 3. Mons Porphyrites rectius | Secunda umbra per M. Pentadactylum & Eoum transit. |
| 7 2 15 7 2 55 7 7 40 | 4. M. Ætnam tegere incepit 7. M. Ætna omnino rectius 8. | Per loca Paludosæ Montemque Cataractæ. Ad M. Baronium, per M. Petri, Athor, & M. Troicum. |
| 7 10 40 7 14 0 7 16 40 | 9. M. Sinai rectius 10. Lacus niger major rectius 11. | Ad Sin Apollinis, Ins. Ficariam ad ra- dices Montis Ætnæ, Ins. Didyme, Lacumque Meridionalem. Ad Ins. Sardiniam, per Ins. Hieram, Insulamque Cretam. Per M. Atlanticos majores, Ins. Vulca- niam, Rhodum, Montemque Anne. |
| 7 20 20 | 12. Fixa c, suprema nempe à tergo Pollucis distit a limbo ♂ or- tum versus 30°. ferè | Secunda umbra transit per M. Carpathos, Byzantium & Taurum. |
| 7 25 0 | 13. | Per Lacum Borythinem, I. Apolloniam, M. Moesum & Sogdianos. |
| 7 28 30 | 14. | Per Montes Macrocehnios, Promont. A- rietis, Herculeum per Sinum extre- num Ponti, Montemq; Parapamisum. |
| 7 32 0 | 15. | Per Paludes Hyperboreos, I. Coroonda- metis, Montemque Caucasum. |
| 7 34 10 | 16. | Per Montes Riphæos, Palud. Maeotidem, Sinum inferiorem Maris Caspii. |
| 7 42 44 7 55 30 8 0 50 | Totalis immersio contigit circa 50° limbi à puncio Zenith, occasum vers. Stellula a in ipsa ♂ cù ♂; Distit a limbo ejus inferiori 4 circit. minut. Stellula b ad M. Eoum tecta. | Temp. |

Temp. Sec. ho. Ordo
vel. Oscil. ex Pha-
sum. Alt. Correct.

Altitudines Fixarum
Nec non Animadversiones quedam
notatae dignæ

Per quas Maculas transverint Umbræ
Sectiones.

| | | | |
|-------------|---|---|---------------------|
| H. | | | Phases Cresentes. |
| 8 35 20 | Stellula c. Suprema scil. à tergo | Pollucis, ad Lacum Merid. subiit. | |
| 8 51 20 | Stellula d ad ipsum Limbum | inferiorem occultata. | |
| 9 9 10 | Stellula c rursus emersit, sub | Monte sc. Nevoso; Sic ut ad 3'. 20". | |
| | | subingressa fuerit. Specaculum sanè erat jucundissimum, hæc omnia dilucidissimè, & quidem sub ipsa ferè maximè obscur. Et deprehendere. | |
| 9 12 30 | Emerfio Luna ex umbra; | Contigit ad 30° ferè limbi à pundi Nadir ortum versus. | Phases decrecentes. |
| 9 20 20 17. | | Umbræ incessit per Pal. Mareotidem, Fontes Amaras & M. Eoum. | |
| 9 25 0 18. | | Per M. Audum, Ajacem & Troicum. | |
| 9 30 20 19. | | Per M. Pentadactylum, Campharum, S. Sirbonis, & M. Lion. | |
| 9 32 40 20. | Mons Porphyrites exiit ex umbr. | Per M. Porphyrit. Casium & Didymum. | |
| 9 36 5 21. | M. Sinai illuminari capit. | Per M. Baronium, ad I. Siciliam, per Cretam ad radices Sinai. | |
| 9 42 15 22. | M. Ætna sub ipsa sectione umbr. | Per Promontorium Apollinis, M. Ætnam, per Rhodum Montesque Seir. | |
| 9 47 10 23. | | Per Ins. Vulcaniam, M. Masicytum, Cratum & Antiliban. | |
| 9 51 0 24. | | Ad L. nigrum majorem, S. Pastanum, M. Didymum, & Montes Coibacaronos. | |
| 9 56 50 25. | Insula Besbica rursus prodiit in lucem. | Per S. nigrum minorem, ad I. Besbicam, per M. Uxerios. | |
| 9 59 35 26. | | Per L. Salmidesam, M. Horminium, Moschum & Lacum Thospitis. | |
| 10 5 0 27. | | Per Pontum, I. Cyaneam, S. Athenensem, & M. Caucasum. | |
| 10 7 0 28. | | Per L. Borytibenem, ad I. Apolloniam, Pr. Heracleum ac M. Tanconem. | |
| | Ceteras phasēs, ob nubes intercurrentes debite obs. non licuit. | | |
| 10 19 0 | Umbra adhuc notata. | | |
| 10 19 35 | Umbra nondum plane exiverat. | | |
| 10 20 0 | Finis Eclipseos. | | |
| 10 23 0 | Penumbra. | Quam tamen diutius asequi, ob densiores nubes & vapores huius potuimus. | |
| 10 52 58 | Altitudo ♂ 37° 12' 0" | | |
| 10 58 35 | Altitud. Lucide ♀ 28° 52' 0" | | |
| 11 11 33 | Altitud. Capelle 70° 11' 0" | | |
| 11 15 20 | Altitud. Capelle 69° 39' 0" | | |
| 11 16 59 | Altitud. Capelle 69° 24' 0" | | |
| 11 18 37 | Altitud. Capelle 69° 11' 0" | | |

Ph Trans. N^o 42.

